



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

84. Parabola de Samaritano vulneratum curante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

aut me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes, Domine, etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbam satanã sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiicitur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis. In ipsa hora exultauit spiritu, & dixit, Confiteor tibi pater, Domine celi & terre, quod abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophete & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. & audire quæ auditis, & non audierunt. \* 84.

CAP. 84. Parabola de Samaritano vulneratum curante, Luc. 10. \* 83.

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

ET ecce quidam Legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciendo vitam eternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omnimode tua: & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi, Recte respondisti, hoc fac & viues. Ille autem volens iustificare seipsum,

P 4

seipsum,

S. Matthæus S. Marcus,

S. Lucas,

S. Iohannes.

seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est me<sup>9</sup>  
 pximus? Suscipiēs aut̄ Iesus, dixit, Ho-  
 mo quidā descēdebat ab Ierusalē in Ieri-  
 cho, & incidit in latrones, q̄ etiā despo-  
 liauerūt eū: & plagis impositis abierūt,  
 semiuiuo relicto. Accidit aut̄ vř sacerdos  
 quidā descenderet eadē via: & viso illo  
 prateriuit. Similiter & Leuita, cū esset  
 secus locū, & videret eū, prāsiit. Sama-  
 ritanus aut̄ quidā iter faciēs, venit secus  
 eū: & vidēs eū, misericordia motus est.  
 Et appiās alligauit vulnera eius, infū-  
 dēs oleū & vinū: & imponēs illū in iu-  
 mētū suū, duxit in stabulū, & curā eius  
 egit. Et altera die prulit duos denarios,  
 & dedit stabulatio, & ait, Curā illius ha-  
 be: & quodcunq; supererogaueris, ego  
 cū rediero reddā tibi. Quis horū triū vi-  
 detur tibi pximus fuisse illi q̄ incidit in  
 latrones? At ille dixit, Qui fecit miseri-  
 cordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade,  
 & tu fac similiter. \* 85.

CAP. 85. Martha Christum excipit in domum suam. Luc. 10. \* 84.

S. Matthæus S. Marcus,

S. Lucas,

S. Iohannes.

**F**ACTū est aut̄ dū irēt, & ipse intrauit in  
 quoddā castellū: & mulier quædam  
 Martha nomine, excepit illū in domum  
 suā, & huic erat soror nomine Maria. quę  
 etiā sedēs secus pedes Dñi, audiebat ver-  
 bum illius. Martha aut̄ satagebat circa  
 frequēs ministeriū, q̄ stetit & ait, Dñe,  
 nō est tibi curę quōd soror mea reliquit  
 me solā ministrare? dic ergo illi, vt me  
 adiuuet. Et respōdens dixit illi Domi-  
 nus, Martha, Martha, sollicita es, & tur-  
 baris erga plurima. Porro vnum est ne-  
 cessarium. Maria optimam partem ele-  
 git, quæ non auferetur ab ea. \* 86.